

beiden Seiten des Hauptbildes thronen die allegorischen Figuren der Italia und Germania als Begrenzung des Schauplatzes, auf dem mit neuer Kraft aus den antiken Überlieferungen eine originelle Kunst zu hoher Blüte sich entfaltet hat. So verständlich wie dieses Bild zu jedem Beschauer von des Apostels Bedeutung für alles Wissen und Können in weiten deutschen Landen redet, so lebendig möchte auch vorliegender historischer Versuch zu jedem Leser sprechen, auf daß sich ihm am Schlusse der rühmende Ausspruch des Apostels auf die Lippen dränge: „Wie schön sind doch die Füße desjenigen, welcher verkündet das Gute, verkündet den Frieden!“¹⁾

(Fortsetzung folgt im nächsten Hefte.)

Gutachten der juristischen Fakultät zu Padua über Urbans VI. Wahl. (Sommer 1378).

Aus Cod. lat. 12722 f. 261—71 der Nationalbibliothek zu Paris. Herausgegeben von Dr. Fr. Bliemetzrieder.

Allegaciones doctorum Padue contra dominum nostrum.²⁾ In nomine Domini nostri, Sapientie VI., et Salvatoris Jesu Christi, XXIII. di. In nomine Domini,³⁾ cuius columnna viventis iamiam⁴⁾ pene nutare⁵⁾ videtur et sagena⁶⁾ summi piscatoris Urbani sexti procellis intumescensibus fere⁷⁾ cogitur [in] naufragii profunda submergi, et licet in tanti naufragii discrimine foret ab omnibus iuris⁸⁾ allegacionibus quiescendum et a curiosita[te] dyabolica et peremptoria, ut XLII. di. Quiescamus,⁹⁾ cum prima salus sit Christi vicario parere, et sacrilegium committat qui de papa mentitur, ymo sicut dyabolus sit sine venia puniendus, ut notatur IX. q. ult. Aliorum:¹⁰⁾ nec ab imperatore nec a regibus, nec ab omni populo debet Romanus pontifex iudicari; voluit enim Deus sedis Romane presulem sine questione suo arbitrio reservari, ut preall[egato] c. Aliorum,

¹⁾ Römer 10, 15.

²⁾ dominum nostrum = Klemens VII., weil diese Überschrift im Cod. lat. 12722 von einem Klemendisten herkommt. — Eine Einleitung werde ich später bringen. Vgl. Mitteilungen f. d. Geschichte der Deutschen in Böhmen, Jg. 47, S. 396.

³⁾ c. 1.

⁴⁾ ms: ansa?

⁵⁾ ms: natate!

⁶⁾ ms: sarema?!

⁷⁾ ms: ferre.

⁸⁾ ms. iuris iūr.

⁹⁾ c. 2.

¹⁰⁾ c. 14; ead., c. 13.

e. q. Nemo, et ob hoc foret a christifidelibus penes ipsum, cuius res agitur, non iuris allegacionibus, sed crebris et devotis oracionibus insistendum, ut sua omnipotenti virtute populo suo ostenderet, quanta sit versuti hostis improbitas, que Urbano VI. vero Christi vicario adversancium animos dampnabiliter excecavit, prout iura nostra sanexerunt que de eleccione Romani pontifficis normam tradunt, extra de elecc. Ubi periculum § [finali] li. VI.,¹⁾ c. ti. Ne Romani § ult.;²⁾ verum quia idem sanctissimus dominus noster Urbanus divina providencia papa VI., ne prudentie sue tantum niti videatur, ad adversancium maliciam clarius convincendam mandavit sacratissimo utriusque iuris doctorum collegio venerandi studii Padue, ut in eorum conscienciam Deum semper habentes pre oculis, de re iudi. c. I. li. VI.,³⁾ ff. de eo quod certo loco l. Quod si Ephesi,⁴⁾ C. de iudi. Rem non novam,⁵⁾ scribere debeant veritatem secundum divinas regulas et mondanas super temathe supra scripto, ut si contingat veritate et iusticia suadente doctores dicti collegii sentire attento temathe supra scripto eleccionem de Urbano VI. supra scriptam fore canonicam, seu ipsum esse verum papam, adversarii, qui dictum thema dolose conceperunt falso, ex suis codicibus convincantur XXXVII. di. Si quid veri,⁶⁾ idcirco doctores collegii antedicti tamquam obediencie filii iuxta eorum consciencias mandatum sibi iniunctum suo iudicio, prout inferius continetur, scripserunt sub breviliquo veritatem, que nullis verborum fallaciis nullisque appetit ambiguitatum involueris obfuscari, extra de iur. iur. c. Veritatis⁷⁾ in parte decisa, C. si ut se ab hereditate absti. l. I.⁸⁾

Ad veritatem ex supra dicto themate eliciendam, primo examinabitur ipsum thema facti, ex quo ius oritur, ff. ad l. Acquiliam Si ex plagis⁹⁾ § In clivo, de ecc. edific. p[enu]lt.,¹⁰⁾ de spon. De muliere,¹¹⁾ inde notabuntur partes que faciunt pro veritate Urbani, et super illis allegabitur. Secundo elicientur puncta faciencia pro parte adversa et super illis allegabitur. Tercio respondebitur allegacionibus pro parte adversa factis; pro veritate brevissime concludetur.

1) c. 3, 1, 6 in VI.

2) c. 2, 1, 3 in Clem.

3) c. Juris esse, 2, 1 in VI.

4) l. 4, D, XIII, 4.

5) l. 14, C, III, 1.

6) c. 13.

7) c. 14, X, 2, 24.

8) l. Si vos paternae, C, 2, 38.

9) l. 52, D, 9, 2, ms: Inclivo.

10) c. 5, X, 3, 48.

11) c. 6, X, 4, 1.

Reddeundo igitur ad primum, discurrendo thema per suum ordinem successivum, notandum est quod mortuo Gregorio papa prestiterunt senator et officiales Urbis debitum iuramentum de servando generale consilium Lugdunen(se), videlicet c. Ubi maius periculum de elec. li. VI., et sic servatus est § Preterea in illo c[apitulo] positus, nec est verissimile quod dicti officiales voluerunt cardinales eligendi debita libertate privare, quos iuraverunt in libertate fovere, ff. si servitus ven. l. Alcius,¹⁾ XIX. di. Nulli fas,²⁾ ff. de neg[ociis] g[estis] l. Si pupilli § Videamus,³⁾ extra de natis ex libero ven. c. uno,⁴⁾ presertim contra proprium iuramentum, ne videantur salutis eterne inmemores, l. q. VII. Sancimus,⁵⁾ et metu penarum appositarum in dicto § iuxta illud: oderunt peccare mali formidine pene, oderunt peccare boni caritatis amore: qui versus ponitur de offi. ordinarii Irrefragabili⁶⁾ in glo. fi., et ff. de iusti. et iure l. fi. § penult.⁷⁾ in glo[sa] que incipit: metu fit quis bonus.

Subsequenter infertur in themate quod omnes cardinales ex arrupto sine alia discrecione⁸⁾ persone nominaverunt dominum B[artholomeum] tunc archiepiscopum Barren[sem] et ipsum tamquam illum quem credebant eis magis notum et in factis curie expertum elegerunt in papam animo et proposito, ut esset verus papa. Ex quo infertur quod ex parte cause efficientis, scilicet cardinalium, cum consenserint nedum due partes prout requirit c. Licet evitanda extra de eleccione, sed omnes, ut patet ex themate, eleccio fuit concors et canonica. Nec peccatum est in materia, quia elegerunt notum et in factis curie expertum. Quamvis enim caveatur in iure, quod contra concorditer electum in papam, nulla excepcio⁹⁾ admittatur, ut in preall[egato] c. Licet, nichilominus tenentur et debent cardinales eligere ydoneum ad opus tam arduum peragendum; ipse enim est Christi vicarius, universalis Ecclesie rector et dominici gregis director, de elec. Ubi peri[culum] § Ceterum in fi[ne] ibi: ydoneo eidem Ecclesie sponso dato. Nec adfuit¹⁰⁾ defectus iuris naturalis, consensus videlicet, qui reddit eleccionem adeo nullam, quod nusquam convalescere potest, ut notant do[ctores], Innoc[encius]

¹⁾ l. 15, D, 8, 5.

²⁾ c. 5.

³⁾ l. 6 § 12, D, 3, 5.

⁴⁾ c. Indecens, X, 4, 10.

⁵⁾ c. 26.

⁶⁾ c. 13, X, 1, 31.

⁷⁾ l. 11, D, 1, 1.

⁸⁾ discrecione] *ms*: distincione?

⁹⁾ excepcio] (*sic*) *ms*: eleccio.

¹⁰⁾ adfuit] *ms*: abfuit.

et Novellator plenissime de elec. Quod sicut;¹⁾ dixerunt enim cardinales illa verba, videlicet quod eligebant animo et proposito, ut esset verus papa, non ad populum tumultuosum, ut tumultum sedarent, sed inter se tantum, ubi nullum alium importabant effectum, nisi ut exprimerent suum purum et liberum consensum²⁾. Alioquin sic dicere potuissent, quod eum animo eligebant ut non esset papa? Pro hoc facit extra de deci. Ad audienciam,³⁾ VIII. di. Veritate.⁴⁾ Nec a forma eorum verborum est recedendum, nisi de contrario expresse constaret, XXXI. q. I. Quomodo virginibus,⁵⁾ C. de ca. toll. l. una § Si vero.⁶⁾ ad idem de ver. sig. Preterea,⁷⁾ XXII. q. 5. Humane aures.⁸⁾ Quid plura? Loquela sua manifestavit eos, XCIII. di. Legimus;⁹⁾ facit quod habetur ff. ex quibus causis in possess. ea. l. Fulcinius¹⁰⁾ § Quid sit latitare et ibi glo[sa], et quod scribitur Job. II. Declaratur eciam cardinalium in eligendo purus et liber consensus per verba thematis, que ibi inmediate sequuntur, ubi dicitur quod ad invicem condixerunt propter scisma vitandum, quod quamprimum commodius possent dominum B[artholomeum] archiepiscopum Barren[sem] ad cauthelam denuo eligerent, et sic fecerunt; nam, ut statim in themate subinfertur, cardinales post comestionem iverunt ad capellam cessantibus violencia et clamoribus qui fuerant de mane, ibi tribus exceptis concorditer reelegerunt; cumque electio secunda fuit expressio pura et libere voluntatis cardinalium, ut tollerent omne dubium quod ex prima electione posset mentibus fidelium generari, hoc tamen operatur reiteracio talis actus, ut si primus non valuit, valeat secundus, et si primus valuit sed erat dubius, declararetur per secundum; hoc probatur per baptismum¹¹⁾ c. II., C. de vindict. lib[ertate] l. II.;¹²⁾ actus enim sive verborum repeticio declarat, exprimit, confirmat concensum agencium et loquencium, extra de iureiur[ando] Etsi Christus in prin[cipio],¹³⁾ XXII. q. I. Ita ergo,¹⁴⁾ in aut. ut nulli iudicium § Hoc vero iubemus Coll[acio] IX,¹⁵⁾

¹⁾ c. 28, X, 1, 6.

²⁾ consensum] *ms*: concensum.

³⁾ c. 12, X, 3, 30.

⁴⁾ c. 4.

⁵⁾ c. 10.

⁶⁾ l. Et nomen, C, 6, 51.

⁷⁾ c. 8, Propterea, X, 5, 40?

⁸⁾ c. 11.

⁹⁾ c. 24.

¹⁰⁾ l. 7, § 4, D, 42, 4.

¹¹⁾ c. De quibus, X, 3, 42.

¹²⁾ l. Nihil civitati, C, 7, 1.

¹³⁾ c. 26, X, 2, 24.

¹⁴⁾ c. 5.

¹⁵⁾ Auth. Coll. IX. Tit. XVII. Nov. 134 c. 6.

de rescrip. Si quando,¹⁾ XIX. di. In memoriam²⁾ Si enim electio Urbani fuisset celebrata per metum, ut aiunt adversarii, non erat necessaria reiteratio electionis, nec simulatio electionis cardinalis sancti Petri, de qua subditur in themate, eo quod satisfactum erat voluntatibus metum inferencium, et per consequens cessabat metus; nam iura nostra volunt, et patet ad secundum quod si aliquid fiat vel obmittatur per metum, illo facto vel obmisso cessat metus; hoc probatur extra de app. Si iustus metus³⁾ cum ibi notatis, C. quod metus causa l. f[inali] et quasi per totum, ff. e. ti. l. Si cum excepcione § In hac,⁴⁾

Subinfertur in themate quod patefacta in populo electione Urbani et declarato quod dicta electio placebat Romanis ex quo celebrata erat concorditer et canonice necnon de magno viro magne consciencie et scientifico et experto, cardinales qui erant in castro sancti Angeli loco quidem tutissimo, castrum exiverunt et alii cardinales extra Urbem tutissimi existentes, redierunt ad Urbem et dictum Urbanum pure et libere omni tumultu cessan[te] modo debito et canonico et forma consueta inmantellaverunt, coronaverunt et intronizaverunt, ipsumque litteris, verbo et facto in verum papam usque ad tempus suscitata discordie tractaverunt et recognoverunt. Circa hoc est advertendum quod hec inmantellacio, coronacio, et intronizacio sponte facta, ut prefertur, est precedentis electionis valide declarativa et si fuisset invalida, est nove electionis sive novi iuris inductiva. Primum probatur sic. In actibus consequutivis et habentibus dependenciam unus per alium limitatur et declaratur: iura sunt vulgaria, XXXII. q. VII. Apostolus,⁵⁾ ff. de ver. ob. l. Ticia § I,⁶⁾ de legatis l. l. Si servus plurium in f[ine];⁷⁾ bene facit quod notatur XXVIII. di. Quia sunt⁸⁾ in glosa IIIa; sic ergo in proposito. Secundo sic. Actus sequens purgat actum precedentem et quo dependet; casus est qui bene facit ad propositum de spon. Ad id quod,⁹⁾ [qui clerici vel vo.] Insinuante¹⁰⁾ quod c[apitulum] optime facit, ad idem C. quod metus causa l. II. et quod ibi notant doctores], licet ibi notata inducantur per partem adversam, ut infra tangetur; faciunt notata per Innoc[encium] de resti. spo.

¹⁾ c. 5, X, 1, 3.

²⁾ c. 3.

³⁾ c. 73, X, 2, 28.

⁴⁾ l. 14, D, 4, 2.

⁵⁾ c. 3.

⁶⁾ l. 134, D, 45, 1.

⁷⁾ l. 50, D, 30, 1.

⁸⁾ c. 10.

⁹⁾ c. 21, X, 4, 1.

¹⁰⁾ c. 7, X, 4, 7.

Solicite,¹⁾ et de renuci. Super hoc;²⁾ sic ergo eciam in proposito.

Secundum probatur sic, arguendo de matrimonio carnali ad spirituale: nos dicimus et est verum quod in carnali matrimonio contrahendo verba sunt necessaria in fari valentibus, extra de spon. Tue;³⁾ si tamen precessit aliquis tractatus eciam invalidus de matrimonio contrahendo, ipso facto postmodum subsequito eciam sine verbis valet matrimonium ut ex nunc: hec est glo[sa] notanda quam tenent omnes, extra de coniug. servo. c. fi. circa medium magne glo[se]. Sic dicam in proposito quod ex quo cardinales elegerunt Urbanum licet eleccio fuisset invalida, ex sequenti intronizacionis solempnitate valida conualescit eleccio, ut ex nunc. Nec obstat quod dicunt cardinales in predicto themate dicentes quod non intendebant per hanc intronizacionem aliud ius tribuere, quam esset ex eleccione quesitum, quia vere non tribuitur aliud ius, sed idem quod quesitum fuisset, si erat valida, licet illa verba cardinalium ambages inducant; non enim poterant velle causam productivam et nolle effectum productum. Iura sunt vulgaria, extra de iniuriis c. fi.,⁴⁾ ff. ad l. Cor. de sic. l. Nichil interest,⁵⁾ ff. ad l. Aquiliam Qui occidit § fi.,⁶⁾ LXXXVII. di. Si expositus,⁷⁾ l. q. l. Placuit⁸⁾ cum similibus. Ad idem facit quod de protestacione facimus, videlicet, quod si aliquid protestor et deinde facio actum effectus contrarii productivum, tenet actus et eius effectus, nec impeditur a protestacione contraria; hoc clare probatur, extra de constitucio. Cum M.,⁹⁾ et ibi de materia; facit ff. de condi. inde. l. Quod quis sciens.¹⁰⁾ Nec est inconueniens vel absurdum essence, quod sola deportacionis solempnitas sive intronizacio et coronacio canonicè facte inferant eleccionem canonicam, presertim ubi precesserunt nominationes, ut supra probatum est, et verificatur ex eo quod in eleccione pape non est necessaria forma c. Quia propter, ut in c. Licet de elecc., e. ti. Ubi periculum li. VI., et Clementina Ne Romani eod. ti., secundum que iura fuit eleccio Urbani canonicè celebrata. Nec ob[stat] c. Ecclesia vestra de elecc.,¹¹⁾ quod loquitur de elecc., in qua forma necessaria est servanda.

¹⁾ c. 2, X, 2, 13.

²⁾ c. 5, X, 1, 9.

³⁾ c. 25, X, 4, 1.

⁴⁾ c. Si culpa, X, 5, 36.

⁵⁾ l. 15, D, 48, 8.

⁶⁾ l. 30, D, 9, 2.

⁷⁾ c. 9.

⁸⁾ c. 103.

⁹⁾ c. 9, X, 1, 2.

¹⁰⁾ l. 50, D, 12, 6.

¹¹⁾ c. 48, X, 1, 6.

Hoc videtur sentire Archid[iaconus] LXXIX. di. c. I.¹⁾ ibi: intronizatur, id est, eligitur.

Hoc expedito descenditur ad secundum principale, videlicet ad eliciendum puncta faciencia pro parte adversa.

Primo colligitur ex themate quod eleccio celebrata de Urbano fuit celebrata per metum. Sed metus viciat matrimonium carnale et spirituale, ut probatur de spon. Cum locum,²⁾ e. ti. Consultacioni,³⁾ cum si[milibus]; de spirituali matrimonio habetur l. q. VI. Si quis autem⁴⁾ et ibi glo[sa] que vult quod non tantum timor⁵⁾ metus vel cruciatus corporis, sed eciam timor⁶⁾ verborum viciat eleccionem, et ibi de hoc per Archi[diac]onum, ad idem l. q. I. Sunt quidam,⁷⁾ et de hoc plene per Innoc[encium] de elecc. Quod sicut in glo[sa] que incipit: etsi contenti,⁸⁾ ver[su]: si aut[em] metus. Ergo eleccio facta de Urbano non tenet.

Secundo colligitur ex themate quod dicta eleccio celebrata fuit per popularem tumultum sive per impressionem laycalem. Sed utroque modo videtur viciari eleccio. Ergo. De impressione laycali probatur XXIII. di. In nomine Domini, ubi plene de hoc, de elecc. Bone lo[co] l.⁹⁾ et e. Quisquis¹⁰⁾ cum si[milibus]; de populari tumultu habetur de elecc. Osyus,¹¹⁾ VIII. q. I. Si ergo,¹²⁾ LXI. di. Miramur,¹³⁾ LXXIX. di. Si quis peccunia,¹⁴⁾ quod c[apitulum] quidam imperiti allegant pro casu.

Tercio colligitur ex themate quod sublata fuerit cardinalibus eligendi libertas, vel saltem restricta ad Romanum vel Ytalicum. Ergo eleccio nulla, de elecc. Ubi periculum § Ceterum li. VI., et ibi tex[tus]. Fortificant adversarii quod de metu dictum est per ea que no[tant] Innoc[encius] quod metus causa c. I. et Cy[nus]¹⁵⁾ C. quod metus causa l. II., et ibi per

¹⁾ c. Si quis Apostolice.

²⁾ c. 14, X, 4, 1.

³⁾ Eod., c. 28.

⁴⁾ c. 1.

⁵⁾ timor] *ms.*: timore.

⁶⁾ *ms.*: timore.

⁷⁾ c. 125.

⁸⁾ *Sic ms.*, wird wohl lauten müssen: contempti, vgl. einige Zeilen weiter unten.

⁹⁾ c. 23, X, 1, 6.

¹⁰⁾ Eod., c. 43.

¹¹⁾ Eod., c. 2.

¹²⁾ c. 16.

¹³⁾ c. 5.

¹⁴⁾ c. 9.

¹⁵⁾ Cinus, berühmter Legist (Savigny Geschichte des römischen Rechtes im Mittelalter, Heidelberg 1850, S. 71 ff.

Jaco[bum]¹⁾ de But[rigariis] per que notata videntur inferre contra eos processisse continuacionem metus infectivam coronacionis et intronizacionis sequentis, sicut eleccionis precedentis.

Restat nunc supra scriptis contrariis respondere.

Ad primum cum dicitur quod metus viciat matrimonium carnale, et c[etera]: potest stari contrario et in matrimonio spiritali, quia de carnali nulli dubium, licet teneat Innoc[encius] in c. Quod sicut de elecc. in glo[sa] que incipit: etsi contempti, ver[su]: si autem supra all[egata], quod metus non reddit eleccionem nullam ipso iure, sed a[n]nullandam per sententiam. Negatur tamen in eleccione Urbani intervenisse metum, vel saltem talem qui potuit cadere in constantem, et viciare eleccionem, ut ex ipso themate recte intelligenti colligitur evidenter, primo ibi, dum dicit quod senator et officiales prestiterunt corporaliter inrumentum de servando constitutionem Ubi periculum; erant ergo ibi, ut custodirent, non ut electores per metum compellerent. Nec ex aliqua atrocitate facti constare potest metum intervenisse, ut dicit lex. et c[etera], quod non iactacionibus nec protestacionibus, sed atrocitate facti metum probare convenit, ut C. quod metus causa l. Metum; ²⁾ debet ergo probari per probaciones luce meridiana clariores. Nec est verisimile in Urbe in palacio apostolico ³⁾ tam solempni per officiales Urbis tales et tantos dominos cardinales tanta dignitate fulgentes fuisse coactos, l. Non est verisimile ff. e. Item ex themate patet quod ipsi cardinales fatentur se usque ad introitum conclavis fuisse intencionis et propositi eligendi de gremio et Ultramontanum, et evidenter inferunt se usque ad illa tempora non fuisse metum passos. Eorum tamen propositum et intencio erat reproba et infecta adeo, ut si ex ea intencione sive eo proposito fuisset secuta eleccio, fuisset ipso iure nulla; huius rei probacio clara est de elect. Ubi periculum § Ceterum li. VI.; dictos enim cardinales in ordinacione captivabat affectus, si sic cessabat eleccio, ut in preall[egato] § Ceterum in prin[cipio], coneor[dat] VIII. q. II. Dilectissimi, ⁴⁾ et sequitur in tex[tu] predicti § quod cardinales in eleccione vicarii Jesu Christi procedant omni private affeccionis inordinacione deposita et cuiuslibet paccionis, convencionis, obligacionis necessitate, necnon condicti, quod verbum exponunt doc[tores] quasi simul dicti, puta, quia condixerunt cardinales quod non eligatur nisi de collegio, sequitur in tex[tu] § predicti: et inten-

¹⁾ Jacob Bottrigari, Rechtslehrer in Bologna (eb., S. 68 ff; Chevalier Repertoire bio-bibliographique, 2. Aufl., 675).

²⁾ l. 9, C, 2, 20.

³⁾ apostolico] *ms.*: populi!

⁴⁾ c. 2.

damenti contemplacione cessantibus non in serciprocent consideracionis intuitum vel in suos; ex quo clare patet quod eorum intencio erat infecta et eleccio fuisset subsequata nulla, ut supra dictum est. Sed spiritus Dei, qui ubi vult spirat, Jo[hannis] III. et nescit homo unde veniat aut vadat, et non est qui possit vias illius perscrutari, de renun. Nisi cum pridem § Verum, ver[su]: sed dices,¹⁾ et XLVII. di. § Necesse,²⁾ dictorum cardinalium animos spiraculo suo sancto mutavit, ut eorum condicto cessante puris et liberis mentibus dominum B[artholomeum] Barrensem nunc Urbanum, elegerunt³⁾ in pastorem. Hec suadent verba thematis, ibi: omnes quasi ex arrupto sine alia discencione⁴⁾ persone nominaverunt d[ominum] B[artholomeum], quasi ex inspiracione processerit, de elec. Quia propter, ver[su]: nisi forte,⁵⁾ et in preall[egato] § Ceterum ibi in fi[ne]: ydone[o] celeriter sponso dato, in quo § est casus notandus istius facti, nec esset ultra allegare necesse. Demum eleccionem] Urbani cum omnibus suis partibus concorditer ac canonicè celebrata inspiracione cessante predicti cardinales a patre mendacii excecati ad primum condictum tanquam canes ad vomitum sunt reversi, de pe. di. 3. Irrisor,⁶⁾ de eo qui cogno. consang. ux[oris] sue. c. Transmissee,⁷⁾ et originaliter secunda Petri II. c.⁸⁾ Quid autem ex suo condicto inordinato et captivato affectu secutum sit, lippis et tonsoribus patet; ipsi namque cardinales ab inicio suam turpitudinem allegarunt, nunc pro dolo pro effectum, ymo verius defectum reprobum evidencius demonstrarunt; quorum utrumque detestabile est, C. de trans. l. Transaccione finita,⁹⁾ C. de revoc. do. Cum profitearis,¹⁰⁾ XV. q. III. Nemini,¹¹⁾ de concess. preben. Cum super,¹²⁾ C. de epi. et cle. l. Si quid non dicam,¹³⁾ cum sua materia.

Reddeundo ad thema, ut ex eo patet, postquam fuissent dicti cardinales in conclavi, tres cardinales numero nec in prima nec in secunda eleccione voluerunt vota sua dirigere in Urbanum vel in eum quomodolibet consentire. Ergo apparet quod illi gaudebant plenaria libertate, ex quo poterant in Urbanum con-

¹⁾ c. 10, X, 1, 19.

²⁾ Dict. Grat. a. c. 9.

³⁾ Sic ms.

⁴⁾ discencione] sic ms, recte: discussione, cfr. Baluze Vitae, 2, 827.

⁵⁾ c. 42, X, 1, 6.

⁶⁾ c. 11.

⁷⁾ c. 4, X, 4, 13.

⁸⁾ v. 22.

⁹⁾ l. 30, C, 2, 4.

¹⁰⁾ l. 4, C, 8, 56; cfr. ed. D. Gothofredi, et ed. P. Krueger.

¹¹⁾ c. 5.

¹²⁾ c. 8, X, 3, 8.

¹³⁾ l. 5, C, 1, 3.

sentire et non consentire, et licet quando metus potest ipsa facti atrocitate probari, non sit necessaria probacio, ut in preall[egata] l. Metum, et not[at] glo[sa] no[ta]nda an[te]p[enu]lt[ima] XXXI. q. II. Lotharius;¹⁾ quando tamen metus hominum mentibus ex solis terroribus interrogatur, necessaria est probacio ad declarandum iudicem vel ecclesiam militantem, que non iudicat de cordibus hominum vel occultis, ut ecclesiast. beneficia c. uno,²⁾ et ibi concor[dancie], nisi per actus exteriores qui sunt note eorum que mente geruntur, ff. de suppellec. le. l. Labeo;³⁾ XXXII. di. Erubescant,⁴⁾ XXXII. q. V. Qui viderit,⁵⁾ L. di. Si quis diaconus;⁶⁾ aliter enim voluntas interior contra actus exteriores de quibus constat probari non potest, ut de spon. Tua nos,⁷⁾ et no[tat] Innoc[encius] e. ti. Tue. Sic igitur, dum cardinales consenciebant ut nunc in Urbanum metu et terroribus cohartati, hoc protestari debebant, ut per protestacionem precedentem probaretur actus postea subsequutus meticulous fuisse; accedant iura vulgaria quod metus causa c. I., et de app. c. fi.,⁸⁾ et C. de hiis qui per me. iudi. non app. l. II.⁹⁾ cum concor[dancis]. Sed non constat quod dicti cardinales de metu quem allegant protestati fuerunt ante metum; 2^o eciam postquam fuerunt in locis tutis, ibi statim poterant libere protestari et in scriptura libere facere confici, ymo semper et continuo litteris verbis et factis demonstrarunt Urbanum verum papam et electionem de eo celebratam canonicam extitisse usque ad tempora mote discordie, que incepit die IX. mensis Augusti, cum tamen electio fuerit celebrata die VIII. mensis Aprilis eiusdem anni, quorum cardinalium verbis et signis et factis demonstrantibus Urbanum verum papam fuit precise credendum, tum quia per tales actus appropriatos rei essencia demonstratur, ut pulcre notat Innoc[encius] de rest. spo. Ex parte,¹⁰⁾ tum quia iura nostra aperte dicunt quod ea que fiunt per collegiatis collegialiter per alios quam per ipsos facile probari non potest, extra de testi. Veniens lo[co] II. in fi[ne]¹¹⁾ cum si[milibus], C. de repu. l. Concensu § super plagis,¹²⁾ C. de questioni. l. Interro-

¹⁾ c. 4.

²⁾ c. Ut nostrum, X, 3, 12.

³⁾ c. 7, D, 33, 10.

⁴⁾ c. 11.

⁵⁾ c. 13.

⁶⁾ c. 29.

⁷⁾ c. 26, X, 1, 4.

⁸⁾ c. 73, X, 2, 28.

⁹⁾ l. His qui, C, 7, 67.

¹⁰⁾ c. 14, X, 2, 13.

¹¹⁾ c. 38, X, 2, 20.

¹²⁾ l. 8, C, 5, 17.

gari,¹⁾ ff. ad Sillen. l. Si quis in gravi § Si pupillus,²⁾ et § sequenti, et ob hoc statuerunt iura quod collegiati de actu collegialiter facto non concernente comoda singulorum possunt testificari, ut notat plene Cy[nus] C. de tes. Parentes,³⁾ notant canoniste extra e. Cum nuncius, et c. Insuper.⁴⁾ Demum mota discordia inter Urbanum et cardinales predictos ceperunt cardinales predicti asseverare contrarium, quibus nullatenus est credendum; iura sunt vulgaria, extra de proba. Per tuas in fi[ne]⁵⁾ C. de non nu. pecc. l. Generaliter,⁶⁾ extra de testi. Cum in tua⁷⁾ cum infinitis si[milibus]. Preterea omnimodam libertatem intervenisse et metum omnem cessasse probat eleccio secunda de Urbano celebrata, ut patet ex themate, quia secunda eleccio impugnari non potest, nec possent adversarii aliquo ingenio respondere. Nec ob[stat] quod dicitur in themate de fraccione conclavis, quia hoc contingit post eleccionem celebratam, licet nondum populo publicatam, ut patet ex themate. Nec ob[stat] quod legitur et notatur l. q. VI. Si quis autem, ubi dicitur quod solum timor verborum viciat eleccionem: quam glo[sam] fateri debemus veram, cum limitatione, quam ponunt doct[ores] qui cleri. vel [mo.] Insinuante super glo[sa] p[enu]lt[ima], sed non potest constare metu verborum aliquid esse factum, nisi factum protestacio precessisset, ut superius est ostensum.

Cum ergo in eleccione Urbani non constet precessisse aliquam atrocitatem facti, nec aliquam protestacionem terroris vel verborum metum inferencium, sed pocius constet de contrario ex verbis prolatis in ipso actu eleccionis, dum dixerunt quod eligebant eo animo et intencione ut esset verus papa, ut supra dictum est, ymo ex ipsorum cardinalium factis eleccionem secutis, quibus pocius standum est, ff. de legibus l. De quibus⁸⁾ in fi[ne] extra de app. Ad audien[ciam],⁹⁾ et c. Dilecti, et ibi concor[dancie], et per hoc sit clare responsum ad id, super quo multum edificant adversarii, videlicet continuacionem metus, all[egato] c. I. quod metus causa, et ibi notatur per Innoc[encium], l. II. C. e. et ibi per Cy[rum] et docto[res] dicen[tes] quod si obligacio est extorta per metum et metu instante fiat solucio solum repetitur; subdunt quod dicit lex quod confessio facta in tor[men]tis non valet, nisi perseveret confessus in loco remoto a

¹⁾ l. 15, C, 9, 41.

²⁾ l. 3, D, 29, 5.

³⁾ l. 6, C, 4, 20.

⁴⁾ c. 12, X, 2, 20; eod., c. 6.

⁵⁾ c. 10, X, 2, 19.

⁶⁾ l. 13, C, 4, 30.

⁷⁾ c. 44, X, 1, 20.

⁸⁾ c. 32, D, 1, 3.

⁹⁾ c. 34, X, 2, 28.

loco torture; nam si ratificaret in loco propinquo tormentis, ratificacio non valet; coll[igitu]r hoc in l. II. C.¹⁾ de custo. et exh. reor.;²⁾ nam ut supra clare probatum est, hic nullus metus precessit eleccionis causativus et per consequens in consecucione eleccionis continuari non potuit quod nunquam fuit, XXXII. q. II. Quod vero,³⁾ ff. de iniust. ru. irrit. tes. l. Nam et si sub condicione,⁴⁾ de despon. impuber. Ad dissolvendum,⁵⁾ cum similibus. Preterea Innoc[encius] in preall[egato] c. I. quod metus causa presupponit metum durare vivente marito qui metum instabat et quod mulier non habebat locum ad quem fugeret; sed in proposito cardinales habebant locum et loca tutissima, ad que fugerunt, et sponte reddiderunt [!] ad intronizandum Urbanum; qui reditus cum fuerit spontaneus, fuerit [!] demonstrativus eorum puri consensus in eleccione iam prestiti, ar[gumento] Insti. de rerum di. § Pavonum⁶⁾ Eodem modo respondetur ad no[ta]ta in preall[egata] l. II., quod non valet ratificacio coram tormentis confessionis facte tormentorum metu, si is qui confitetur invitus ducatur, id est, iudicialiter, quia iudicium redditur in invitum, ff. de ver. ob. l. Inter stipulantem § 1.;⁷⁾ secus est in actu non voluntario et extraiudiciali, ut in proposito nostro fuit; fecit optime quod notat Inno[cencius] de spon.; de materia metus plene habetur ff. quod cum falso tuto. l. Novissime,⁸⁾ ff. de adquir. her. l. Qui in aliena⁹⁾ § fi[nali], alias est lex que incipit: Celsus, ff. quod metus causa l. Metum autem, ubi de hoc notatur, cum si[milibus]. Preterea domini cardinales, qui tanta prerogativa dotantur, de offi. le. c. I. li. VI., quod equiparantur patriciis scriptis in dyademathe imperatoris, ut ibi notat Archi-[diaconus], qui postea dicti senatores, LXXXXVI. di. Constantinus,¹⁰⁾ XVI. q. I. Ecclesia habet,¹¹⁾ equipparantur eciam proconsulibus, ut notatur e. ti. c. II.; dicti enim sunt cardinales a cardine, quia ut¹²⁾ hostium super cardine versatur et super cardine requiescit, sic super eorum humeris¹³⁾ tocius universalis Ecclesie regimen requiescere dicitur, unde legitur primo Regum

¹⁾ C.] *Sic ms.*

²⁾ l. 2, D, 48, 3,

³⁾ c. 8.

⁴⁾ l. 5, D, 28, 3.

⁵⁾ c. 13, X, 2, 4.

⁶⁾ § 15, I, 2, 1.

⁷⁾ l. 3, D, 45, 1.

⁸⁾ l. 7, D, 27, 6.

⁹⁾ l. 6, D, 29, 2.

¹⁰⁾ c. 14.

¹¹⁾ c. 7.

¹²⁾ ut] *ms.*: id.

¹³⁾ humeris] *ms.*: humeribus

II. c.:¹⁾ Domini sunt cardinales²⁾ terre et Dominus posuit super eos orbem, et presumuntur scire iura, super quibus versantur, simile ff. de origine iuris l. II. § Serv[i]us autem. Supponunt eciam: si passi fuissent metum, qui cadere posset in constantem, redderet electionem nullam; quo spiritu ducti talia verba dixissent: elegerunt Baren[sem] archiepiscopum tanquam nobis notum et in factis curie expertum eo animo et proposito, ut sit verus papa. Quis eos ad ea verba proferenda cogebat? Non enim electionis formam, que fuit de dicto Barensi facta, predicti cardinales reiterassent, si eum papam fore noluisset et electionem nullam scivissent tanquam metu infectam. Certe multum decipitur qui putat electionem predictam metu infectam.

Ad ulteriora procedendo fundant se adversarii super populari tumultu et impressione laycali. Circa quod brevissime est dicendum quod in electione Urbani, ut ex themate patet, nec fuit impressio nec abusus. Abusus enim est quando volentibus electoribus ad eligendum laici se immiscent; impressio vero quando invitis electoribus layci eligunt vel coeligunt; probantur hec de elec. Quisquis, Bone lo[co] I. e. ti., te in c. Cum gintoniensi,³⁾ XXIII. di. In nomine Domini. Sed in electione Urbani laici non interfuerunt nec invitis nec volen[tibus] cardinalibus. Ergo et c[etera]. Ad id quod dicitur de populari tumultu, dicitur quod licet tempore electionis in Urbe fuerit popularis tumultus, non tamen fuit electionis annullativus; nam consequentia hec non est bona: tumultus est in populo eciam propter causam electionis que imminet celebranda, ergo electio celebranda est nulla, quia non constat hoc esse quod ab hoc contingit abesse, C. un[de] cog., l. Ad probacionem l. Neque natales C. de probac,⁴⁾ de resti spo. Cum ad sedem;⁵⁾ quia tunc dicitur. electio tumultuosa, quando ipsi laici eligunt in tumultu vel certam et determinatam personam eligi faciant, et sic intelligitur c. Osius, cum concor[dantiis], c. Siquis pecunia LXXIX. di., de quo multum confidunt adversarii. Ad casum nostrum nihil penitus faciunt dicta capitula; locuntur enim de intronizato pecunia vel gracia humana sive populari tumultu et nulla precedente electione canonica et concordii, ut in casu nostro Urbanus fuit intronizatus ab omnibus cardinalibus et fuit modo et ordine consuetis quiescente populo et nullo tumultuante, ymo cum magna devocione et humilitate intercedentibus, pecunia et humana gracia cessantibus et electione canonica ac concordii precedente, ut ex

¹⁾ v. 8.

²⁾ *Sic ms, recte: cardines.*

³⁾ c. 43, X, 1, 6; eod., c. 23., eod., c. 25 Cum Wintoniensis.

⁴⁾ l. 21, C 4, 19; eod., l. 10.

⁵⁾ c. 15, X, 2, 13.

themate patet et supra probatum est. Ergo et cetera. Quis enim audeat dicere quod Urbanus fuerit populari tumultu electus vel intronizatus, quem populus Romanus antea non cognoverit et quo electo et apostolico¹⁾ palacio sub fida custodia collocato cardinales fugere procuraverunt timentes elegisse populo Romano non gratum, et ob hoc de cardinali sancti Petri simulacrum facien[tes] ut supra dictum est.

Ad ultimum cum dicitur quod ubi adimitur eligendi libertas, eleccio nulla: verum dicitur, sed in casu nostro eligendi libertas non fuit adempta nec proprie restricta, quia nullus actus intervenit libertatis ademptivus vel sufficienter restrictivus, ut superius est probatum. Si quis tamen fateretur potestatem eligendi per Romanos fuisse restrictam, dum clamabant: Romanum vel Ytalicum petimus, propter hoc non debet dici eleccio minus canonica. Id foret si electores cogerentur eligere certam personam, quo casu fieret implicacio contrariorum. Quod sic demonstratur. Eligere est de pluribus unum sumere, l. Cum quidem, l. Unum ex familia de legatis II.²⁾ Si ergo electores potestatem eligendi habentes compellerentur assumere precise unum determinatum et demonstratum, non haberent penes se potestatem eligendi, cum non possent ex pluribus unum sumere. Quod esset implicare contradictionem, et ideo foret eleccio nulla. Hoc pulcre deducit Jo[hannes] An[dree] et Innoc[encius] post eum de elecc. Cum terra.³⁾ Si vero compellebantur eligere electores de una provincia, civitate vel gremio, ubi plures ydonei esse possunt, non defficeret significatum huius verbi eligere, eciam si casualiter unus solus ydoneus repperiretur in loco hoc; sic probant iura nostra, licet in hoc necessitatem non inducant, eligendi tamen restringunt potestatem; diximus enim quod prelatus est de gremio Ecclesie eligendus, C. de epi. et cle. l. In collegiis⁴⁾ LXI. di. Obitum,⁵⁾ de elec. Cum inter canonicos⁶⁾ et utrobique de hoc, et est tex[tus] ad propositum nostrum XXIII. di. In nomine Domini: et si non repperitur ydoneus de gremio, assumatur de patria, de cle. peregrinis c. fi[nali], et in iuribus supra all[egatis]. Preterea potest consuetudo et statutum electoribus necessitatem imponere eligendi prelatum de una ecclesia tantum, et tunc si in eadem ecclesia esset unus solus ydoneus, illum eligere tenebuntur, et nichilominus eleccio diceretur libera et canonica. Hoc notant Jo[hannes] Andree et Innoc[encius] post eum in preall[egato] c. Cum terra de

1) apostolico] ms.: populari!

2) l. 21, D, 31, 1, eod, l. 67.

3) c. 14, X, 1, 6.

4) l. 11. In ecclesiis, C, 1, 3.


5) c. 16.

6) c. 21, X, 1, 6.

elec., et est casus de consue. Cum dilectus,¹⁾ et de ver. sig. Abbate.

Ultimo concludendo breviter ex predictis est merito inferendum electionem celebratam de sanctissimo domino nostro domino Urbano divina providencia papa VI. ab inicio fuisse canonicam et ubi canonica non fuisset, per intronizacionem coronacionem postmodum subsequetas ut ex tunc validam fuisse.

Consilium dominorum Angeli de Castelione Aretino et Ubertini de Lampugnano [u]triusque iuris doctorum Padue legencium, quod per totum collegium fuit approbatum.



¹⁾ c. 8. X, 1, 4.